et in domum suam importatd Nec non aliam similem summam Quinquaginta
floren polon ratione certi veri iusti et liquidi dotalitii in et super tota et integra
medietate omnium gnlr bonorum suorum haereditariorum et obligatoriorum mobi
lium et immobilium summarumq quarumvis pecuniariarum nunc habitarum et in
post habendarum tum auri argenti clenodiorum monilium vestium vestimentorum
equorum equinarum pecorum pecudum ac totius et integrae suppellectilis domo
sticae quocunq nomine vocitetur nunc habitt et in post haben dedit dotavit do
talitiavit inscripsit et reformavit prout per praesen dat dotat dotalitiat inscribit
et reformat Quam quidem medietatem omnium bonorum suorum haereditariorum
et obligatoriorum mobilium et immobilium cum omni iure dominio et
proprietate omnibusq et singulis dictae medietatis utilitatibus fructibus proven
tibus reddditibus usibus emolumentis commodis attinentiisq et pertinentiis gnlr
universis nullis penitus exceptis praefata consors sua tenebit habebit et pos
sidebit Usq ad vitae finem eius ac more aliarum Reformationum antiqui
tus in Regno Poloniae observari solitarum praesenti sua recognitione
ad praemissa mediante.

Kulczycki Kulczyckie Quietat.

Comparens persltr coram Officio et Actis praesentibus Castren Capitan Prem
Nobilis Lucas Kulczycki Smietanka sanus mente et corpore
existens a Terris districtibus suis Iurisdictionibusq suis quibusvis pro
priis et competen recedendo praesenti vero Castren Capitan Premislien
Iurisdictioni se cum successoribus ac bonis suis gnlr omnibus totaliter et ple
narie subijciendo atq inscribendo palam libere publice ac per expressum recognovit.

Quia

Quia ipse Nobilis Fedor Kuliczki Smietanka fratrem suum patruelem de Summa Centum floreni polon sibi recognoscenti inscriptionibus binis obligatoriis coram Actis praesentibus factis et recognitis et quidem prima super Summam Octuaginta floreni polon Altera vero super Summam viginti floreni polon ita ut Summae simul iunctae efficiunt Summam Centum floreni polon in bonis suis propriis nempe na Laskach przedzieszy lakci y cztery wzwyż od miedzie Stryiecznego brata Rudski do drugiego Rodzonego Stryiecznego brata Pawła Smiotanki Kuliczkiego, a wszystkim do granice Radłowskiey iako Sama wsobie iest in bonis villa Kuliczow Terrae et districtus praesentis Praemisliensis consistentibus ad Solvendum inscripta et assecurata (Cum de iisdem inscriptionibus binis obligatoriis in se de praemissis lationibus) quietat e[...] et liberum facit Inscriptiones praefatasque in toto et totaliter cassat mortificat et annihilat ac de bonis praefatis condescendit Recognoscens sibi Summam suprascriptam realem praestitam esse persolutionem. Huius recognitionis sub rigore.

Actum in Castro Praemisliensi Feria Quinta post Dominicam Exaudi proxima Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Quinquagesimo Sexto. 1/VI 1656